



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

14 Resignationes, quibus casibus sint nullae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- mes. de publ. resign. n. 3. vers. pradietis. ac. nu. 4. 5. & 6 qu. 7.
- 10 † Et debet etiam fieri de permutationibus beneficiorum, ut ibi eod. §. in princip. etiam causa permutationis, evacuata longa disputatione pro parte affirmativa, & negativa ab eodem Gomel. in ead. reg. de publ. in qu. 3. per tot. tractat. a.
- 11 Proceedit etiam, † & habet locum in beneficiis commendatis, ut in eod. §. nec hoc malum; ibi, ac commendarum; & capit resignationes quaruncunque ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, tam virorum, quam mulierum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum quoruncunque secularium, & quorumvis ordinum, etiam militiarum regularium, etiam electivorum, & manualium, ac etiam de jure patronatus laicorum illustrium, & alias quomocunque existentium, etiam quod in petitorio, sive in possessorio sint litigiosa, ut in eadem. constit. §. ceterum modus, qua tolluntur deducta pro parte negativa, quod constitutio non procederet in beneficiis commendatis, ut per Gomel. de publ. quest. 4 &, quia dubitabatur, an haberet locum in beneficiis consistorialibus, ut per eundem Gomel. quest. 5. declaratur, quod procedat etiam in beneficiis consistorialibus, quando extra consistorium resignationes admittuntur, etiam cum reservationibus nominis, tituli, administrationis, reservationis fructuum, etiam omnium, ac rerum, & jurium quorumcunque, ut in eodem §. ceterum, & cum inclusio unius sit exclusio alterius, † sequitur, quod beneficia de quibus in consistorio disponitur, non comprehenduntur sub constitutione, quia renunciatio facta in consistorio in presentia Pontificis, & Cardinalium satis dicitur publicata, ut per Gomel. d. q. 5.
- Resignationes † etiam ex causa permutationis, & jurium cessionis in manibus Ordinariorum etiam S. R. E. Cardinalium, etiam indulta à Sede Apostolica habentium, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium ejusdem Sedis extra Romanam curiam factæ, intra mensem admitti vel rejici, resignationesque, & provisiones resignatorum beneficiorum omnino intra mensem ab ipsi Ordinariis admitti debent, ut in eadem constitut. §. de beneficiis, circa fin.
- 14 Admissio † autem in favorem, vel de beneficio sic resignato consanguineo, vel affini resignatis, vel familiari admittentis resignationem fieri non potest, sub suspensionis, & aliis pœnis, ut in constitut. Pij V. super admittendis resignationibus constit. 88.
- 15 Ordinaria † auctoritate de beneficiis per resignationem vacantibus etiam S. R. E. Cardinales, ac legati etiam de latere intra mensem debet providere, & provisioni resignationes intra tres menses, à die provisionis factæ numerandos, publicare, & possessionem beneficii modo infra scripto capere, aut petere tenentur, ut in §. de beneficiis autem.
- 16 Publicatio resignationum † in cathedrali, & in Ecclesia, seu Ecclesijs beneficii, si in pluribus ecclesijs beneficiorum existat fieri debet, dum frequens populus admissarum solemnia convenit, ubi palam omnibus l. teræ, sive Apostolica, sive auctoritate ordinaria factæ, earumve transcriptum debet exhiberi, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio, ac beneficii qualitas, & invocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, & resignatarij, seu cessionarij pronunciantur debent,